

ob adulterium vxoris, lata iudicis sententia dotem ipsius acquirat, ac ius diuortij, & post sententiam fornicetur, recuperat iure actionis vxor dotē amissam? Et quid reate sententia n. 27. relata, dicenti vxorem habere tunc actionem ad repetendū virum, dicendū subinde est habere actionem ad repetendā dotem. Quia cōpensatur delicta. Quod optimē dixit Greg. Lop. l. 8. verb. esse nisi no. sit. 2. p. 4. aut enim viro fornicati post sententiam diuortij, ample cōcedā esse sententiā, quę tribuit ius vxoris, & per consequens fore, vt vxor recuperet dotē ob adulteriū amissam. Et ideo Barboza. l. viro. atq; vxore. 40. n. 3. ff. solu. ma. tri. docet vtrūq; cōcedi iure actionis vxoris. Et Mexia taxa panis, concl. 6. n. 63. dicit iure expeditū esse, vxorē esse per sententiā iudicis recuperaturā dotē, virumq; illa priuandū. A cetera nostra sententiā n. 30. explicata, dicenti nullam supersessionem vxori adultera per sententiā dimissa, sed solum posse iudicem ex officio reconciliare cōiuges: dicendū est nullo modo esse reddendā vxori dotē. Quia iudex ad instaurandū matrimoniū impeditur suum officium, quod deinceps peccatum incontinentiæ vitetur. Quę ratio minime cogit, vt debeat cōpellere ad reddendam dotem. Cū reconciliatis coniugibus, & dote acquisita viro, periculū incontinentiæ satis vitetur. Quod si nulla præcesserit sententiā, sed vir pactum inierit cū vxore adultera, vt lucretur dotem, & sic desisteret ab accusatione criminali adulteri. (Quod fieri posse diximus disp. præcedenti, n. 22.) Existimo cū postea fornicante teneri nulla expectata iudicis sententiā dotem restituere vxori, sicut & tenetur illā ad cōsortiū maritale admittere. Quia delicta quoad vtrūq; compensantur, quando committuntur ab vtroq; ante latam sententiā, & hoc non in solo foro externo, sed etiā in foro conscientię, quauis delicta alterius occultū sit. Vt probauit disp. præcedenti, n. 29. & sequenti. Nec obstat pactū lucrande dotis, seu potius illius retinendā. Quia illi iura ipsa inest tacita conditio, nisi compensentur delicta viro post modum adulterante. Cū tunc iure ita disponente, omnia redeant ad pristinū statū. Sicut. l. quæro. 46. ff. inter locatorem, ff. locati, asseritur locatorem fundi nō teneri soluere pecnā de qua conuentum est, si in praconuentionis tēpus expellat conduttore, eo quod biennia non soluerit pensionem, vel non

excoluerit vt oportet, fundū. Quia quauis nil expressum sit in stipulatione, de solutione pensionum, at verisimile est ita cōuenisse, nimirum, sub ea conditione, si pensionibus paruerit, & vt oportet, coluerit. Sic ergo in nostro casu, quando conuentum est inter virum & vxorem, vt vxor non repetret dotem, & vir ab accusatione desisteret: quauis nulla conditio apposita sit: at intelligitur, nisi vir denuo adulteri reus esset, sicque prius delictum vxoris, compensatione tolleretur.

Ad argumenta. n. 27. proposita respondetur. Ad primū desuptū ex. c. ex lictis, de diuort. prætermisissis solutionibus Soti. 4. d. 36. q. vnic. art. 6. ad. 3. & Abulen. c. 19. Mart. q. 76. ad. 4. quę mihi non placēt: legitima solutio est, in casu illius iactus nō interuenisse diuortij sententiā. Quod ex eodem textu manifeste colligitur, ibi. *Sane tu conuocat o capitulo tuo, cū ex eorū consilio vtriq; priuatim continentiam inuixeris.* Si priuatim, non ergo interfuit sententiā. Atq; ita docent Goffre. sum. tit. de diuort. n. 13. Innoc. eo. c. ex lictis. n. vnic. super verb. priuatim: Hostiensis ibi, initio, super eodem, verb. Ioan. And. n. 10. Anchar. n. 5. Abbas. c. fin. n. 4. de adul. Archie. Apo. stolus. 32. q. 7. ad finem, & ibi Bellam. n. 2. Ad fecundū dic compensationem admitti, quando vtriusq; fornicatio præcedit diuortij sententiā. Nec ius naturale, & diuinum dicit post sententiā admitti cōpensationem. Quia adultero illam alleganti obstat exceptio sententię, quę in fauorē alterius, qui dū lata est, innocēs errat, transijt in rem iudicatam. Et ius ipsum naturale, & diuinum præscribit sententiā iustam obseruandā esse. Ad confirmationem, negandū est fieri tunc compensationem, & commo dum sententię extingui. Quia omnibus illis præponderat exceptio rei iudicatę: & incontinentię periculū, iudicis officio subueniri potest. Ad tertium dic iudicis sententiā minime præstare adulterandi ansam: sed alterum cōiugem, ob malitiam suam abuti libertate: & ideo dignū esse, vt iudex ex officio suo ad pristinam seruitutem eum reuocet. At non inde prior adulter actionem ad repetendum comparat. Ad quartum admissio antecedenti negandā est consequentiā. At non sententiā est iniusta ob eam inaequalitatem: ea enim proficitur, ex eo quod trahatur in re iudicatam, in fauorē innocentis, & in odium ipsius rei. Quę inaequalitas vt

38

faucat

faueat innocenti contra reum, semper inuenitur in sententiā iusta, æqualitas enim seruanda, vt iusta sit, ea est, vt vnicuique reddat quod suum est. Ad vltimum dic, eam conditionem includi, quando vterque ante sententiā fornicatur: fecus quando alter post. Ad argumentum, numer. 28. propositum, constat ex dictis. Ea enim compensatio solum habet locum,

quando ambo cōiuges ante diuortij sententiā adulterium committunt. Ad argumentum numer. 29. addudū, dic licet non sit textus in hoc speciali euentu: esse regulam generalem vt iudex officium suum impertiat, quando id bonum cōmune, vel ad vitandā peccata nece-

ssarium est. Vt, nu. 30. probauimus.

DISPUTATIO DECIMA.

An coniux adulter teneatur quandoque innocenti volenti reconciliari, vel integrum illi sit saltem lata diuortij sententiā, ad religionem, ordines sacros transire, aut vtrum simplex castitatis emittere?

SUMMARIUM.

Quot quæstiones disputanda sunt. n. 1.
An possit innocens reconciliare sibi coniugem adulterum inuitum, dum status non est mutatus, sed res est integra? Refertur quedam opinio. n. 2.
Potest innocens etiam sententiā diuortij lata, reconciliare adulterum inuitum, dum non est mutatus status. Nec pena præstat immunitatem. Et quod fauore alicuius in introductam est, non debet in eius damnum retorqueri. Nec ex proprio delicto est commo dum reportandum. n. 3.
An desistat ad hanc reconciliationem, vt iudex diuortij sententiā, quam semel culerat, retrahat? n. 4.
Soluantur argumenta. Et enodantur l. Paulus respondit, la. 2. ff. de re iudic. & l. 1. c. si plures vna sententiā. n. 5.
An si coniux innocens statim mutarit, votumne simplex castitatis emisit, possit coniugem inuitum, qui adulter fuit, reconciliari? n. 6.
An quando nulla sententiā præcessit, & manet innocens in eodem statu, possit adulter illum mutare: aut castitatem in prauidicium alterius uocare, nec possit innocens vota irritare? n. 7.
Quid si solus iudicis secularis sententiā præcessit, & destrudens adulterum in monasterium, quando possit ea proferri? Et explicatur aut b. sed hodie. c. ad. l. Iulian. de adult. nu. 8.
Quid distet inter posse adulterum inuito innocenti statum mutare: aut solum posse eo in-

consulto, nec licentia petita? num. 9.

An possit adulter lata diuortij sententiā statim mutare, aut voto castitatis se astringere, inuito innocenti, aut absq; eius licentiā, ita vt reuocari minime possit? Refertur duplex opinio. n. 10. & 11.

Neguit innocenti inuito, alius potest reuocari, num. 12.

Similiter nequit absque innocentis licentiā, num. 13.

Quid, si innocenti confesso, & non contradicenti, status mutetur adulteri, aut votum castitatis emittatur: & an tunc, vel quando de licentiā expressa emissum est, aut votum religionis, possit innocens irritare. Vel saltem re integra licentiā semel concessam reuocare? numer. 14. vbi etiam de alijis votis emissis ab adultero de licentiā innocentis.

An de licentiā innocentis adultero ingresso in monasteriū, vel ad ordines promoti, possit innocens in seculo manere, etiam voto castitatis non emissum. n. 15. & ibi, an possit innocens prosteri, vel ordines suscipere, maneri adultero in seculo?

An coniuge innocenti reconciliationis nolenti post diuortij sententiā, integrum sit adultero statum mutare? Possitq; adhuc adulter reuocari, donec prostreatur? nu. 16.

At creditur iuramento adulteri dicentis se votum iam emisisse? nu. 17.

Soluntur argumenta, nu. 18.

Et ius in superioribus disputationibus de coniuge innocenti, quando postea in adulterium lapsus est, quando

Xxxx 3

tenea-

teneatur priori adultero reconciliari: & quando valeat statum mutare. Iam de conge in innocentia persistenti agendum est. Et in hac disputatione, qualiter possit adulterum inuicem reconciliari: & num adulter valeat statum mutare. In sequentibus vero, quando possit innocens inuito adultero ad religionem, ordinesve transire. Et an desideretur sententia iudicis, vt innocens diuertat? Et an teneatur coniugem adulterum dimittere? In presenti ergo disputatione duplex questio est agenda. Prior, an possit innocens reintegra, id est, statu neutrius coniugis immutato, adulterum inuicem sibi reconciliari? Posterior, quando status alterutrius est iam mutatus?

Questio prima. An reintegra ex parte vtriusq; coniugis, quia neuter statum mutauit, vtriusve castitatis se abstinent, integrum sit semper innocenti inuitum adulterum sibi reconciliari: atq; adulter teneatur admittere? Quia dum hoc admitteret, vbi diuortij sententia lata non est: secus ea lata. Ducuntur primo, quia sententia diuortij cum matrimonio omnino, separet manenti solo vinculo, vtrumq; coniugem equè absoluit ab obligatione cohabitandi, & reddendi debitum: aliàs elaudicare, nec equalitatem iustitia seruaret. Ergo sicut innocens non teneatur admittere adulterum petentem reconciliacionem, ita e contra. Secundo, quia innocens reuenens adultero reconciliari, persistetq; vsq; ad diuortij sententiam, & illam admittens visus est iure, quod in adulteri corpus habebat, cedere: & adulter penas dedit, quae innocens postulat. Cum ergo per cessionem illam innocens omnino destitutus sit iure quod in corpus adulteri habebat, nequit illum ad reconciliacionem cogere. Tertio, quia sententia semel lata, quae vtriusq; libertate concessit, standum est, dum à superiori non retractatur cap. quod semel. 6. q. 4. Quarto, quia nihil mirum est, si sententia ipsi condemnatis prosit. Vt constat ex l. Paulus respondit eos qui. 43. ff. de re iudicat. & l. i. c. si plures vna sententia, vbi deciditur plures debitores in solidum obligatos, minime coveniri posse, nisi pro virili portione, si vna sententia condemnati sunt certa quantitas soluenda, iudice in sententia subtrahenti vnum quemque teneri in solidum. Ergo similiter diuortij sententia aduersus adulterum lata, ipsi proderit, immuncem

eum reddens ab obligatione redeundi ad coniugem innocentem. Et ideo hanc sententiam, quae probabilis est, sustinet Hugo relatus à glossa cap. ex literis, verb. redire, de diuort. Monaldus summa, rit. de diuortio, ratione fornicationis. §. an possit vir reconciliari sibi uxorem adulteram inuitam, paulò post principium: nam licet statim in principio videatur oppositum tenere: at postea relata Hugonis sententia illam non respuit. Tabiena matrimonium. 4. quest. 5. numero. 6. Sotus. 4. distin. 76. quaestio. vltima, artic. 5. ad. 3. Nauar. lib. 3. consil. in. 1. editione, tit. de regul. consil. 38. numer. 1. quamuis in. 2. editione lib. 4. rit. de diuort. consil. 4. sine, id sepperet, si velit coniux adulter ad religionem transire. Et dicit esse probabilem, Petrus de Ledesma de matr. cap. 62. artic. 6. in notabili circa. 3. conclusionem.

Ceterum multò probabilis est, posse innocentem quamdiu status vtriusq; est omnino immutatus, cogere adulterum vt sibi reconcilietur, & teneatur adulterum cōnuicere, quamuis sententia diuortij preceperit. Ducor primo quoniam coniux innocens non priuatur per sententiam, iure, & dominio quod habet in adulteri corpus: aliàs prodesset sententia reo aduersus quae lata est. Quod ipsiquissimum esse docet Iu. consultius. l. euidenter. 6. ff. de except. rei iudicat. Secundo, quia cum diuortij sententia sit prorsus in fauorem innocentis, & odium adulteri, non est in damnum innocentis, & fauorem adulteri retorquenda, concedens huic immunitatem conjugalis obligationis: & illum pristino iure in corpus adulteri priuans. Quod enim in meum fauorem introductum est, non debet in meum damnum retorqueri l. quod fauore. 6. C. de legibus. Et confirmatur, quia cum solus adulter sit condemnatus, ius innocentis integrum, ac illisum manere debet, quo possit adulterum ad pristinam amicitiam reducere, etiam inuitum, argumento ex. c. quidam, de conuers. coniug. & capit. qui dormierit. 27. questio. 2. Aliàs daretur coniugibus ansa fornicandi, vt sic diuertent liberi à pristina seruitute. Tandem, quia poena, qualis est diuortium, immunitatem adultero tribuere non debet. l. re legatorum. 7. ad finem, ff. de interdi. & re leg. Atque aequitati repugnat adulterum ex delicto suo commodò reportare. l.

itaq;

itaq; ff. de furtis. Et ideo hanc sententiam teneatur, ex auctoritate Laurentius, quem refert, & sequitur Glossa cap. ex literis, verb. redire, de diuort. Goffredus summatic. de conuers. coniug. numer. 8. Et tit. de diuortij. numer. 6. Holi summa rit. de conuers. coniug. numer. 9. vers. & nunquid. Et cap. gaudeamus, num. 1. eodem tit. & c. ex literis, numer. 2. & c. de illa, numer. 2. de diuort. Innocentio. c. de illa, nu. vnicò, vers. de illis. Ioan. Andr. de. ex literis, numer. 109. vbi Abbas in fine. Alexander de Neou. 20. & d. cap. de illa, nu. 6. Cardin. d. cap. ex literis, sine vbi Anchor, numer. 10. Henricus ibi. numer. 13. sine, & cap. uxoratus, numer. 26. de conuers. coniug. Praepositus. c. ex parte, numer. 4. de sponsal. Felinus. c. latorum de declaratione. 8. num. 9. de sent. & re iudic. Albericus in suo dictionario, litera M. verb. matrimonium. 8. vers. quid si aliquis coniugum: & litera D. verb. diuortium. §. diuortium secundum, vers. quare vtrum coniux. Ioannes de Friburgo summa consessorum, lib. 4. tit. 2. q. 14. Astenis summa. 2. p. lib. 8. tit. 1. art. 2. fin. & tit. 3. art. 3. c. 6. de illa. 6. Resoluit matrimonium. 71. n. 2. & verb. diuortium, no. 11. Angelus matrimonium. 4. n. 3. Syl. verb. diuortium. q. 10. Tabiena matrimonium. 4. q. 5. num. 6. sine. Brunellus de sponsalibus, concl. 301. declaratione. 8. num. 1. vers. tertius est. Turres. de Apdolos. 32. q. 70. art. 1. num. 1. in solutione ad. 3. Gregorius Lopez. l. 5. verb. de adulterio, tit. 10. par. 2. Gaur. repetitiones. ad lionia. 3. q. 1. §. 4. numer. 231. Barbosa p. b. ff. solus. matrim. 2. part. num. 22. sine. & l. 2. p. 1. in principio, num. 10. sine. Et ex Theologis. D. Thoma. 4. d. 35. quest. vnicò, artic. 6. ad. 2. & ibi. D. Bonaventura art. vnicò, quest. 51. Durand. q. 2. art. 1. nu. 6. Palud. q. 2. art. 1. numer. 6. Palud. quaest. 1. artic. 3. numer. 16. Maioris quest. 1. in fine. Supplementum Gabrielis quest. vnicò, artic. 2. concl. 9. & paulò inferioribus, in solutione ad argumentum Goffredi. Vincencius speculo doct. andri, tom. 2. lib. 1. d. 24. sine. D. Antoninus. 3. p. tit. 1. cap. 1. §. 6. vers. effectus accusacionis. A. bulensis. c. 19. Matthei. q. 75. Nicolaus de Orbellis. 4. d. 35. q. 1. §. 2. vbi Celsus. q. 1. argumento. 4. sine. Pelacios disput. vnicò, colom. 17. dub. 2. fol. 788. Vignetus lbi. insit. c. 1. §. 7. vers. 9. impedimento. 10. ad finem, vers. notandum quòd. Veracruz. 3. p. Speg. ar. 6. concl. 1. & 2. Angl. florib. 1. p. de matr. q. 9. de diuortio, art. 1. difficulta

tas; Bart. à Ledes. dub. 70. de matr. paulò post principium. Petrus de Ledes. de matr. q. 62. ar. 6. concl. 3. Philia. de officio sacerdotis. tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 17. ad finem. Grafis. 1. p. de cessionum, lib. 2. cap. 84. n. 14. & 2. p. lib. 1. c. 12. num. 66. Ludouicus Lopez. 1. p. in struct. c. 295. §. preterea quia non tam facilis. Emmanuel Sa sum. verb. diuortium, num. 2. vers. post diuortium. Cañedo summa sacramentorum, de matrimon. c. 7. n. 67. Aliqui hoc intelligunt, modò iudex sententiam diuortij semel latam retractat. Vnde dicunt coniuges reos esse culpae, si reconciliantur, & matrimonio vtantur, antequam retractationem. Quia alias diuortij sententia nullus esset effectus. Sic Palacios. 4. d. 35. dist. vnicò, colom. 18. folio. 789. vers. seruitus ergo. Ceterum id mihi desiderari, mihi certis iuribus est. Quia cum sententia absoluerit innocentem in ipsius fauorem, à debito coniugali soluendo satis est, vt possit licet ad vitium matrimonij redire, eum nullo co fauore vti. Nec ob id caret sententia suo effectus, qui erat inno centem liberum esse à coniugis adulteri sententia, dum cum sibi reconciliari reuocatur. Ad argumenta contraria. 2. proposita respondetur. Ad primò dicò, non absoluerit sententia diuortij vtrumq; coniugem, sed solum innocentem in fauore ipsius, & odium adulteri: nec ob id sententiam esse inuictam, vt explicari dist. praecedenti. n. 3. in solutione ad. 4. Ad secundò negandù est innocentem coniugem sententia diuortij voluisse iure suo, quod habet in alterius corpus cedere: sed tantum voluit sententiam admittere, quatenus in fauorem suum cedit, ipsum à coniugali seruitute eximès. Ad tertium constat ex dictis. Non enim sententia vtriusq; coniugis, sed solum innocentem libertatem concessit: ac proinde cum innocens sibi adulterum conciliat, nò contrauenit sententiae: sed nò vult vti fauore per illa sibi concessio. Ad quartà dicò, quia ea. 1. C. si plures vna sententia, in fine; & Bart. ea. l. Paulus respondit, statim in principio, sententia illa minime prodesse conuenato. Quonia licet virtute sententiae illius nullus in solidum coveniri possit, ad sententiam minime expresserit: et priori ratione potest agi contra quilibet debitore, in solidum. Sic ergo innocens nò recedat adulterum virtute sententiae diuortij. Illa enim nec concedit, nec auferit ius recedi.

liandi: sed innocentem à debito coniugij absoluit: at reconciliat inuitu, ratione vnicuique matrimonialis: quod obligat ad alteram ad debitum reddendū: aduersus quā obligationem nulla exceptio iuari potest. Cū sententia diuortij ipsū nō absoluerit, nec ipsi suffragetur, sed soli innocenti.

6. **Q**uestio secunda, an quando res nō est integra, quia alteruter coniugium statum mutauit, votove castitatis simplici se abstinent, integrum sit innocenti adulterū repetere, & sibi reconciliare? Et quidem, quando res nō est integra ex parte innocentis, eō quōd iam statū mutauit, factus professus, aut sacris ordinibus iniciatus: manifestum est, nullum superesse: ius innocenti ad reconciliandum adulterum. Quoniam assumptū statum immutabile, & incompatibile, tradiditque se religioni per professionem, vel Ecclesie per ordines ad sacra ministeria: nec potest ab eo statu resiliere. Quare eum assumens, omne à se ius matrimonij abdicauit. Sic Ioannes de Friburgo summa confessorum, libr. 4. tit. 22. q. 14. Palacios. 4. d. 35. disp. vnica, col. 17. dubio. 2. fol. 788. Vnde bene Rossella, verb. diuortium. n. 11. vbi Sylu. q. 10. Armilla. n. 8. admittunt fas esse adulterū profiteri, quando iam innocens est professus. Et ego addo, vel quando iam ordines sacros suscepit. Idem dicit Palacios, si innocens votum simplex castitatis emisit. At contrarium credo. Quamuis enim peccet contra votum, si reconciliat sibi adulterum: at adulter nulla se exceptione tueri valet, ne ad innocentem petentem redeat. Votum enim simplex non priuat eō iugem vouentem iure iulitiae, quod habet in corpus coniugis. Quia ratione diximus lib. praecedenti, disp. 6. n. 7. teneri coniugem reddere debitum alteri sacrilegē petenti contra votum castitatis. Et idem est dicendum, si innocens solis minoribus ordinibus sic iniciatus. Quia nondum habet statum immutabilem. Et ita bene dicit Palacios proximē citatus, quando iam innocens est sacris iniciatus: quasi contrarium sentiens, vbi ad solos minores ordines ascendisset. Et Ioannes de Friburgo, quando statū mutauit innocens. Non enim per solos minores ordines assumptos cōfetur statum mutatus.

7. **A**t quando res nō est integra ex parte solius coniugis adulteri, est quæstio difficillima, ac satis confusā à Doctōribus dif-

putatur: ac proinde qua distinctione poterit rem hanc expediam. Pendetque eius decisio ex ea questione: num fas sit coniugij adulterū ad professionem, aut ordines trāsire, aut voto castitatis se altringere inuito innocenti, aut absque eius licentia, in illius praeiudicium? Tres casus distinguendi sunt. Primus est, quando nulla sententia praecessit. Secundus, quando sola iudicis secularis damnantis adulteram vxorē intrusionis in monasterium. Tertius est, quando lata est à iudice Ecclesiastico sententia de diuortio. Et in primo casu, quando nulla praecessit sententia, cōcordes reserperio omnes Doctores asserentes nō posse coniugem adulterum statum mutare, aut voto castitatis in praeiudicium innocētis se altringere: quōd si id efficiat, posse ab innocenti reuocari, vt ad vsum coniugij redeat. Quia cū res iudicata minime sit, nil est quod suffragari adulterū possit, quōd integrum est statū mutare, aliquidque, quo innocentem laedat, efficere. Delictum enim ipsius immunitatem praestare minime debet, ne ex delicto commodum assequatur. Itaque, si de furtis. Atque ita fatentur omnes Doctores allegandi. An verō vota ab adulterū tēpore diuortij remissa possit alter coniugis irritare? Dixi lib. praecedenti, disp. 39. n. 41.

8. **I**n secundo casu, quando sola iudicis secularis sententia praecessit detrudens vxorē adulteram in monasterium, vt penitentiam agat: extat decisio auct. sed hodie. C. ad. I. Iuliam, de adult. sic se habens. *Sed hodie adultera in monasterium mittatur, quam intra biennium viro recipere licet: biennio transacto adultera rōsa monastico habitu suscepto, ibi dum viuit, permaneat.* Ex quo textu constat viro innocenti integrum esse intra biennium à praedicta reclusionē, vxorem sibi conciliare, nec eam posse ante id tempus transactum, in viro praeiudicium professionem emittere: Quōd si emittat, posse à viro reuocari. Atque ita faciendum esse, docent Glossae. gaudemus verb. in claustris, de cōuers. coniug. & ibi Hosti. n. 3. Ioan. Andr. n. 3. Anton. hinc, Anchar. n. 2. Cardin. n. vnico. q. 1. Astenis summa 2. p. lib. 8. tit. 11. ar. 3. fin. Rosell. verb. diuortium. n. 11. Sylu. q. 10. Et quamuis ferē omnes hi Doctores non explicant eum textum procedere, lata sententia à iudice seculari: imō Glossae, verb. eeciderunt. Rossella, & Sylu. ibidem explicant, quando praecessit sententia, vel adultera publice

in adulterio deprehensa detruditur in monasterium. At re vera ita intelligunt illum textum. Nam Host. Ioan. Andr. Anto. Anchar. Cardin. Astenis expresse dicūt quādo non praecessit diuortij sententia, sed de trusa est vxor in monasterium, ad perpetuam penitentiam: iuxta. d. auct. sed hodie: quod idem petunt reliqui Doctores: Detrudi autem eo modo nequit vxor, nisi iudicis ministerio, vel proferentis sententia seruato integro ordine iudiciario: vel eo omisso: quia vxor publice in adulterio deprehensa est: ita vt nulla tergiversatione celari possit. Atque ita intelligunt praecedenti ea sententia illum textum, Abbas eo. c. gaudemus. n. 7. Nau. lib. 3. conf. in. r. editio. tit. de regular. conf. 38. n. 1. in. 2. verō, lib. 4. tit. de diuort. conf. 4. num. 1. Et quamuis Abbas eo. c. gaudemus. n. 7. dicat minime sibi placere intellectum praedictorum Doctōrum, at id euenit, quia falsō existimat eos intelligere corrigi. d. auct. sed hodie, per. d. c. gaudemus. Nam in. d. auctent. assignatur tempus biennij ad reconciliationem: & d. c. gaudemus, nullum praescribit tempus. Vnde dicit Abbas non corrigi: quia loquitur in iurata accusatione criminali: at. c. gaudemus, quando nō interuenit ea accusatio criminalis. Sed reuera praedicti Auctores non discordant. Nam manifestē intelligunt. d. auct. praecedenti sententia criminali iudicis secularis. Et statim Host. Ioan. Andr. Anto. Anchar. & Cardin. intelligunt. d. c. gaudemus, nullum praescribens tempus, in diuerso casu: nimirum, quando diuortij sententia praecessit. Ex his ergo Doctōribus constat in casu. d. auct. sed hodie, transacto eō biennio, quo noluit eam viro reconciliare, posse vxorem profiteri: ac professione facta non posse reuocari à viro: sed sibi imputare debet seram reconciliationem. Atque ita expresse docent Ricard. 4. d. 35. ar. 3. q. 2. vbi Nicolaus de Orbellis. q. 2. §. 2. Rossella, verb. diuortium. nu. 11. vbi Sylu. q. 10. Arm. n. 8. Debet autem hoc intelligi, si eo tempore biennij sit iam vxor emendata. Non enim debet viro imputari, si eo spatio renuat ferri reconciliationem, nec in mora esse dicitur: Si vxor in adulterio persistat. Chim indignum sit eam tunc admittit. Sic Nicolaus de Orbellis, Rossella, & Sylu. ibidem. imō & monitionē postulant Ricardus, & Nicolaus de Orbellis, nempe, vt vir monitus nolit intra biennij vxorem reconciliare. At eam minime desi-

siderari, placet. Quoniam nec. d. auct. nec alij Doctores ea petunt. Cū tamē Host. Ioan. Andr. Anton. Anchar. & Cardin. statim loquentes quando diuortij sententia praecessit, in quo casu nullum esse praefixū tempus reconciliationi faciendae, petant vt vir saepe moneatur: quasi sentiant biennium praescriptum. d. auct. sed hodie, esse loco monitionis. Si autem vxor nondum professā sit, transacto quocunq; temporis spatio, potest à viro reconciliari. Quoniam id biennium est solum praescriptum, vt potest liceat vxori profiteri, nec à viro iam professā repeti possit. Quare dum professā non est, fed res est integra, ius reconciliandi non debet viro. Vt optimē animaduertit. Palud. 4. d. 35. q. 2. ar. 3. n. 16. al. legan. d. auct. sed hodie. Vnde minime bene dicit Palacios. 4. d. 35. disp. vnica, col. 18. fol. 789. ante verū. neq; noceat, quamuis d. auct. praescribat biennium: nullum esse tempus destinatum in foro conscientiae, si res integra maneat, in quo nō liceat innocenti vxorē adulteram togere ad reconciliationem: atque ita sentit contrariū decidisse tempus. Vnde dicit Bald. d. auct. Quia reuera stante decisione. d. auct. verū est in viro: foro posse quodcunq; remanente integra vxorem à viro reuocari. Tā dem nō est audiendus Salicetus. d. auct. sed hodie. n. 3. oppositio. 4. in fine, dicens corrigi eum textum per ius canonicum; quod minime permittit vxorem ad religionem transire, viro in seculo manente. c. vxoratus, & toto tit. de cōuers. coniug. vnde in fert attentō iurē canonico integrum esse viro eam vxorem perpetuū sibi reconciliare. Quod idem videtur sentire Bald. d. auct. n. 2. reddens enim rationem, cur adultera sic in monasterium detrusa non sit monialis: dicit eā esse. Quoniam profiteri nequit viro in seculo manente. At neuter est audiendus. Et omnes Doctores relati. d. auct. decisioni standū esse opinantur, & proinde non corrigi per ius canonicum. Erratio est, quia dum ius canonicum negat coniugibus facultatem transiendi ad religionem alterutro manente in seculo: intelligitur manente integro, & illi iusto matrimonio, secus vbi adulterū alterius coniugis interuenit, vt constabit ex dicendis, nu. 11. & tota disp. sequenti.

9. **I**n tertio casu, nempe, lata à iudice Ecclesiastico sententia diuortij, maior est difficultas, num liceat adulterū absque innocētis licētia, aut eo inuito profiteri, sacrifq;

ordibus imitari, ac votum simplex castitatis emittere & aequo ita postea non liceat innocenti ipsum reuocare? Et id obseruandum est, valde differre, posse adulterum absque licentia innocentis: vel posse ipso invito. Nam in priori casu poterit adulter inconsulto, & inscio innocentis, statum mutare: atque eo mutato non poterit ab ipso repeti. At si ante mutationem contradicat innocens, volens sibi adulterum reconciliare, id non poterit efficere adulter, sed tenebitur innocenti acquiescere. In postriori vero, poterit adulter mutare, quamuis contradicat innocens.

10 Quidam in hac quaestione existimant posse adulterum, post sententiam diuortij latam profiteri absque alia innocentis licentia, sed ipso inconsulto atque ita se professum non posse ab innocenti repeti. Ducuntur, quoniam innocens persistens vsque ad diuortij sententiam, illique conuiuens, videtur ad tertio facultatem proficendi concedere, & quoad hoc iure suo cedere. Sic sentiunt Palud. 4. d. 3. q. 2. art. 3. nu. 16. Sotus 4. d. 1. q. 2. vnic. ar. 6. id. 2. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 2. de diuortio, ar. 2. dist. 5. Henriquez lib. 13. de matrim. c. 17. n. 6. ad finem, & lib. 12. c. 9. n. 10. Sio. Petrus de Ledesma de matrim. q. 62. art. 6. notabili vnico circa 3. conclusionem. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. c. 295. §. preterea quia non tam facilis: & 2. p. de matrim. c. 14. vbi de diuortio quoad habitationem §. penultimo, notabili 2. Cañedo summa sacramentorum, de matrim. c. 7. n. 63. Idem expresse sentiunt alij Doctores asserentes integrum esse innocenti reconciliari adulterum, donec hic tam professus sit. (Si enim non postulat absque innocentis licentia profiteri, postest vtique post professionem reuocari: tanquam is qui illegitimè professus est, nec poriturus innocentis ledere.) Sentiunt etiam non posse invito innocenti profiteri: cum dicant posse ab illo vsque ad professionem reuocari. Hi sunt Hosliensis. c. ex literis, ad finem, de diuortijs, & ibi Ioan. Andr. n. 10. Abbas sine, Anchar. nu. 11. H. prius, nu. 13. & c. vxoratus, n. 6. de conuers. coniug. Alex. de Neuo, d. c. ex literis, n. 2. & c. de illa. n. 6. ad finem, de diuortio. Rosella matrimonium, 7. nu. 3. Ang. matrimonium, 4. n. 3. & Felin. c. lator, declaratione, 8. nu. 9. fin. de sentent. & re iudic. adhibet manet, cogitandūque relinquit. Et videtur tenere Supplementum Gabrielis, 4. d. 3. q. vnica, ar. 2. concl. 9. dicit enim

re integra, id est, ante professionem posse adulterum reuocari: at non explicat numeros integra debeat esse ex parte innocentis, vel ex parte adulteri. Et idem dicunt Angelus, Sotus, Supplementum Gabrielis, Henriquez vtroque loco citato, quando res non esset integra: quia iam coniug. adulter est sacris initiatus: dicunt enim tunc eum non posse reuocari. Imò & posse adulterum absque innocentis licentia, emittere tunc simplex castitatis votum, nec posse ab innocenti reuocari, docent Palud. Supplementum Gabrielis ibidem Sotus. 4. d. 3. q. vnica, ar. 5. ad 3. & ar. 6. ad 2. Ludouicus Lopez vtroque loco allegat, Petrus de Ledesma proximè citatus. Vnde dicit Sotus eo ar. 5. ad 3. si velit coniugis reconciliari, postquam adulter se voto castitatis ligauit, non posse eum qui vovit, petere, nec reddere. Verum aliqui Doctores huius sententia contrarium docent circa votum simplex, dicentes posse adulterum solo voto simplici adstrictum reuocari ab innocente: quando absque eius licentia vovit. Sic Angles. & Cañedo proximè relati. Henriquez dicens ita sentire aliquos Neotericos, lib. 11. de matrim. c. 17. nu. 6. ad finem. Addit Petrus de Ledesma contra reliquos, etiam tempore nouitatus non posse adulterum reuocari. Et hæc sententia est probabilis.

11 Alij verò existimant etiam conuige innocenti invito licitum esse adulterum, post diuortij latam sententiam, ad religionem transire. Quia sententia illa non solū innocentem, sed etiam adulterum ipsum à conjugalis seruitutis obligatione eximit: quæ sola obstaculo est, ne coniugis statim mutare possint. Insuper probatur omnibus rationibus, quibus sententia, nu. 2. relata probauit non posse innocentem sententia diuortij lata cogere adulterum, vt sibi reconcilietur. Et ita omnes Doctores illius sententia tenentur hæc affirmare. Et ita docent Hugo relatus à Glossa. c. ex literis verb. redire, de diuortio. Monaldus summa, vbi de matrim. tit. de diuortio ratione fornicationis. §. an possit vir reconciliari vxorem adulteram inuita, paulò post principium. Nauar. lib. 4. consil. in 2. editione, tit. de diuortio, cons. 4. n. 1. iuncto, nu. 3. vbi id quod dixerat, n. 1. & in 3. editione, lib. 3. tit. de regular. cons. 38. n. 1. nempe, non teneri adulterum lata diuortij sententia redire ad innocentem, temperat, quando adulter vult ingredi religionem. Et re-

fert pro se Glossa. c. Agathosa. 27. q. 2. verb. conuersionis. Sed male. Quia glossa id nõ dicit ex propria sententia, sed ex Hugone id assert, addens contradicere Auth. sed hodie. c. ad l. iuliam, de adult. Idem tenet Sotus 4. d. 3. q. vnica, ar. 5. ad 3. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 2. 2. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 64. post. 3. concl. vers. sciendum est secundò. Et est probabile.

12 Prima tamen conclusio sit. Minimè permittitur coniugi adultero transire ad religionem, inuito innocenti, etiam lata diuortij sententia: quòd si ingrediatur, potest etiam post professionem reuocari. Hæc conclusio est contra Doctores relatos n. precedenti. Et ratio illius est. Quoniam cum teneatur adulter reconciliari innocenti id petenti: si eo volenti reconciliatione renuat adulter, & ipso inuito, profiteatur, non potest ea professio iuri coniugis innocentis præiudicare. Quare hæc conclusio nem probant omnes rationes adductæ. n. 3. quibus probauit teneri adulterum, etiam lata sententia reconciliari innocenti. Atque ita Doctores ibi relati pro ea sententia, tenentur hæc conclusionem affirmare. Et in terminis, docent Laurentius, quem refert, & sequitur glossa. c. ex literis verb. redire, de diuortio. Goffredus summa, tit. de conuers. coniug. n. 8. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 21. §. 6. vers. effectus accusationis. A. Renais summa. 2. p. lib. 8. tit. 11. art. 3. fine. & tit. 33. art. 3. calu. 6. Sylu. verb. diuortium, q. 10. & matrimonium 9. q. 11. Palacios. 4. d. 35. disp. vnica, columna. 7. ante vers. potro in gratiam, folio. 783. Barbosa rubrica. 2. p. n. 22. fine. ff. soluto mari. Gratius 1. p. decisionum. lib. 2. c. 84. n. 14. & 2. p. lib. 1. c. 12. n. 66. Et à fortiori idem docent auctores, n. sequenti allegandi. Et hæc conclusio est intelligi, quando innocens contradicit ingressui religionis adulteri, volens eum sibi reconciliare: nam li vtamque renuat, dicemus n. 16.

13 Secunda conclusio. Nec potest coniug. adulter ad religionem transire, ignorante, & inconsulto innocente, sed eius licentia desideratur. Quia cum innocens habeat cogendi adulterum ad reconciliationem, necessarium circa mutationem status adulteri, consulendus est, eiusque beneplacitum petendum, ne iuri sibi acquisito præiudicetur. Hæc est contra Doctores, n. 10. relatos. Sed illam tenent. D. Tho. 4. d. 35. q. vnic. ar. 6. ad 3. & ibi. D. Bonau. ar. vnico. q. 5

ad 2. Albericus in suo dictionario, littera. M. verb. matrimonium 8. vers. quid si aliquis coniugum. Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 22. q. 14. Abulè fis. c. 19. Marth. q. 75. ad finem corporis, & q. 76. in solutione ad 3. Nicolaus de Orb al. lib. 4. d. 35. q. 2. §. 2. Rosella verb. diuortij n. 11. vbi Sylu. q. 10. Armilla. n. 8. idè Sylu. matrimonium 9. q. 1. 1. Brunellus de sponsalibus, c. 61. 30. declaratione. 8. n. 12. vers. tertius est. Verae. 3. p. Speculi. ar. 6. probatione. 3. secunda conclusio. Bartholomæus à Ledesma dub. 70. de mat. paulò post principium. Quam conclusionem intelligo. (vt dixi n. 6. præcedenti, sine.) quãdo innocens negare licentiam, volens sibi adulterum reconciliare. Nam n. 16. dicturi sumus, quid possit adulter, quando innocens reconciliationem renuit, licentiamque negat. Vnde quando sine licentia innocens proficitur, potest reuocari. Alberic. Sylu. Barth. à Ledesma ibidem.

14 Tertia conclusio. Validè mutat statum adulter, post diuortij sententiam, si id sciat innocens, nec contradicat, cum possit. Quia satis videtur dari licentia. Sic D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 21. §. 6. vers. effectus accusationis. Albericus, Ioannes de Friburgo, Nicolaus de Orbellis. n. precedenti allegati. Sylu. matrimonium 9. q. 11. Tabiena matrimonium 4. q. 5. n. 6. De limitatione, quã aliqui ponunt, vt innocens manens in seculo teneatur contineri dicemus n. sequenti. Verum autem votum simplex castitatis, aut religionis factum à coniuge adultero post diuortium celebratum, siue propria autoritate ipsius coniugis innocentis, siue autoritate iudicis, de licentia innocentis tacita, aut expressa, possit alter coniug irritare, vel alia vota tunc de licentia innocens facta, casu quo possit irritare, si facta essent de licentia coniugis, matrimonio in tegro perseveranti iuxta dicta lib. precedenti, tota disp. 405. D. Thom. 4. d. 35. q. vnic. ar. 6. ad 3. dicit teneri celebrato diuortio adulterum reconciliari innocenti volenti, nisi de licentia eius votum emerit. Vbi clarè sentit non posse irritari votum castitatis de licentia innocentis emissum. Quod verissimum esse credo. Quia cum iam matrimonium diuisum sit, ex parte vtriusque coniugis: ex parte enim adulteri diuisum est plenè, ed quòd innocens ad sensum dedit voto incompatibili, nempe, castitatis, vel religionis, nullum ius reuocandi validè habet innocens: idè edredo,

h alia vota post, vel ante illud castitatis, vel religionis, emisit adulter, etiam absq; licentia innocens. Non enim posset innocens voto castitatis, religionisve facto ea irritare. Sicut lib. precedenti, disp. 39. nu. 41. diximus non posse adulterum irritare vota innocentis tempore diuortij emissa. Quoniam emisso iam voto castitatis, aut religionis ab adultero, de licentia innocens, wque liber est a iugo coniugalis feruitus, ac ipse innocens. Quod si postea inflauret matrimonium, & ad pristinum statum redigatur, censentur ea omnia vota, sicut si emissa essent ante matrimonium. Sicut de votis innocentis tempore diuortij factis, diximus. d. disp. 39. n. 41. ac proinde idem dicendum erit de ijs votis quod ibi diximus de votis innocentis. Si autem innocens celebrato diuortio, propria, aut iudicis autoritate, concessisset licentiam adultero, alia emittendi vota, prater castitatis, aut religionis, cum illa non repugnet statui coniugali: ac proinde non reddant adulterum immunem ab obligatione feruitus coniugalis, & reconciliationis, si velit innocens: existimo posse innocentem cogere adulterum vt sibi reconcilietur: ac reconciliatione facta, posse irritare ea vota validè, sed peccado mortaliter, vbi causa iusta irritandi non esset: & absq; culpa, vbi causa iusta esset: perinde ac posset, si integro, & illa fo matrimonio facta essent. Iuxta tradita lib. precedenti, disp. 40. nu. 4. & sequentibus. Et hoc, quando maritus esset innocens, & vxor adultera. Et si de contra vxor esset innocens, & vir adulter, facta reconciliatione, idem censendum esset de his votis factis tunc a viro de licentia vxoris. Sicut diximus de alijs votis factis integro matrimonio, de licentia vxoris, lib. precedenti, disp. 42. n. 13. Et ratio horum omnium est. Quia ex parte innocentis, & in suum fauorem inuenit integrum, & illesum matrimonium. Quod si innocens data licentia adultero vouendi castitatem, aut religionem, re integra, id est, ante votum ab adultero emissum, reuocasset licentiam: credo adulterum teneri reconciliari. Et ita caute dixit. D. Tho. initio huius numeri allegatus, teneri adulterum redire ad innocentem, nisi de licentia eius iam votum emisisset: quasi aliud sentiens quando data licentia nondum votum factum est. Sicut etiam lib. precedenti, disp. 40. n. 13. diximus reuocare posse licentiam vouendi concessam re in-

tegra, quando matrimonium illa fons est. Quoniam videtur integrum, & illesum ex parte innocentis, dum adulter ea licentia minime vsus est. Vnde si concessit innocens licentiam vouendi castitatem, votum religionis, & alia vota emittendi: & adulter alia vota emittat, potest adhuc nondum emisso voto castitatis, aut religionis, innocens reuocare licentiam, & cogere adulterum ad reconciliationem. Quia adhuc res est integra ex parte matrimonij: cum per alia vota ipsi non preiudicetur. Et semel facta reconciliatione dicendum erit de potestate irritandi hæc vota, quod proxime diximus, quando solū concessa est licentia ad ea emittenda. Quia eadem est ratio, cum emissa sint, & inflauret matrimonium, nondum illi preiudicio facta.

Quarta conclusio. Vt adulter de licentia innocentis profiteatur, vel ad sacros ordines transeat, non est necessarium, vt innocens etiam ad religionem transeat, votumve castitatis emittat: sed potest manere in seculo absq; voto aliquo. Quia textus prohibentes mutationem status alterius coniugis, altero in seculo inueniente, saltem absq; castitatis voto. c. sane. c. c. si c. significauit, vt conuersi coniug. loquuntur, vbi matrimonium integrum, & illesum perseuerat: secus vbi est diuortium. Quia cum innocens liber sit a iugo debiti coniugalis, potest independenter a mutatione status adulteri ad religionem, ordines ve transfire: Quod si id non possiderit libere adulter, prouenit fauore innocentis, ne iure reconciliandi quod habet, derogetur. Quare renunciare innocenti huic fauori, poterit ita liberè vt innocens, transfire ad ordines, aut religionem. Atq; ita Sotus. 4. d. 36. q. vnica. ar. 5. ad 3. dicit posse adulterum dimissum transfire ad ordines, vel religionem, innocenti manente in seculo. Et hoc credo verum, etiam si non sit lata diuortij sententia. Nam in foro conscientie cessante scandalo potest liberè innocens diuertere ab adultero, & mutare statum, transeundo ad ordines, & religionem (vt disputatio sequenti. n. 11. & sequentibus dicemus.) Quare poterit similiter fauori suo renunciare, eam licentiam concedere adultero, quantum ipse innocens in seculo maneat absq; voto. Vnde dicit Al. bericus, D. Anton. & Sylu. nu. 13. allegari, aiunt posse adulterum de licentia innocentis profiteri: at innocentem teneri conti-

nere,

nere, non intelligunt, id est, emittere votum continentia: sed abstinere ab alio matrimonio: eo quod prius vinculum non soluitur, quando iam consummatum erat. Aliis nil speciale esset in hoc casu diuortij. Quod idem aperte constat de innocenti, ex. c. Agathosa. 2. q. 2. vbi deciditur coniugem ingressum in religionem, vxore manente in seculo absq; voto, restitutum esse vxori, nisi mulier fornicata sit.

Quinta conclusio. Si lata diuortij sententia, innocens monitus nolit adulterum sibi reconciliare, potest adulter statim mutare profectum, & semel iam professus reuocari non poterit. Probatur ex. c. gaudemus, de conuersi. coniug. ibi. *Mulieres qua lapsa carnis ceciderunt, si maritum eorum a se diligenter communiti, eas conuersas noluerint recipere, in claustris cum religiosis mulieribus standas collocare, vt perpetuam penitentiam ibi agant.* Quem textum ita intelligit Host. libi. n. 3. Ioan. And. n. 3. Anton. fin. Apch. nu. 2. Cardin. n. vnico. q. 3. A. Henis sum. 2. p. lib. 8. tit. 11. ar. 3. fin. Sed id minime probat textus: vt manifestè patet: & docet ibi Panor. n. 7. reprobans hunc intellectum. Quia non in illud rati in eo esse in monasterio, vt profiteatur, sed ne incontinenter viuat. Quare rationem huius conclusionis eam esse existimo: Quoniam innocens reconciliationi non consentiens, videtur concedere licentiam adultero, vt ad religionem transeat: & quantum reconciliationem denegans refragetur ingressus religionis, est irrationabilis voluntas. Nam innocens lata diuortij sententia non habet ius omnino in adulterum, vt ipsum quasi ligatum habeat, ne possit sibi conselcere statum eligendo, si ad reconciliationem minime admittatur. Solamen enim habet ius reconciliandi, & reuocandi ad pristinum matrimonij usum. Quare hæc reconciliatione denegata liberum erit adultero ad religionem transfire. Atq; ita docet Host. Ioan. And. Anton. Anchar. Cardin. A. Henis proxime citati. Vincentius speculatio doctrinali, tom. 2. lib. 9. c. 90. ad finem: Abulensis. c. 19. Matt. q. 75. ad finem corporis, & q. 76. in solutione ad 3. Veracruz. 3. p. Speculi, art. 6. probatione. 3. secunde conclusionis. Intellige tamen, quando conitx adulter esset emendatus. Non enim potest tribui innocenti culpe aut morte, si adulterum coniugem in delicto persistetem minime admittat. Atq; ita textus. d. c. gaudemus, ait, *Eas conuersas noluerint recipere.* Sic

docet Abulensis ibidem. Item non semel tantum debet conitx innocens admoneri, sed sepe. Quod significat textus. d. c. gaudemus, ibi. *A te diligenter communiti.* Et ratio est. Quia tunc verè poterit dici, esse innocentem in mora, & contrariationis limites denegare reconciliationem, & ingressum in religionem: vel si hunc non expressè neget, concedere tacite licentiam, ac iure suo cedere. Quod ex semel negata reconciliatione dici nequit. Quoniam rationi consonum est, ne statim innocens acquiescat, ne adulter paros pendat suum delictum, ac iterum in illud labdat a sam sumat. Atq; idem hanc monitionem sepe faciendam esse, vt fas sit adultero ad religionem transfire, docent Host. Ioan. And. Anton. Anchar. Cardin. A. Henis proxime citati. Et A. Henis summa. 2. p. lib. 8. tit. 11. ar. 3. sine. Quod si numerum monitionum roges: arbitrio prudentis remittendum censet, vt iuxta delicti qualitem, & conditionem personarum arbitretur, quando innocens communiti dicitur esse in mora, nec sit rationi consonum vt amplius reconciliationem differat, aut licentiam concedere adultero transeundo ad alium statum. Et hanc monitionem ab Episcopo faciendam esse, docent Host. c. de illa. n. 2. de diuortijs, & ibi Ioan. And. n. 3. Anton. n. 4. Propositi. n. 7. Henricus. c. quanto. n. 7. de diuortijs. colligitur ex. d. c. gaudemus, ibi. *A te diligenter communiti.* Verum in foro conscientie non video cur necessarium sit, hanc monitionem ab Episcopo fieri. Nec prædici Doctores eam tanquam necessariam ab Episcopo faciendam ponunt: sed dicunt Episcopum debere monere virum, vt vxorem recipiat. Et reliqui Doctores pro hac conclusione allegati, soliti sunt vt vir monitus reconciliare nolit. Potest autem innocens qui sic monitus reconciliationem negauit, sententia mutata reuocare adulterum, donec profiteatur: at professione facta audiendus minime est: sed imputare sibi debet seram reconciliationem. Quia vsq; ad professionem, eum reus adhuc sit integra non ita iure reconciliandi delictus eius, quin possit ipsum reconciliationis denegata penitere. Atque ita docent Host. Ioan. And. Anton. Propositi. Henricus hoc posteriori loco proxime allegato: Veracruz. 3. p. Speculi, art. 6. probatione. 3. secunde conclusionis. Similiter credo in casu huius conclusionis, integrum esse coniugem adultero, ad ordines

tran-

transire, votumve castitatis simplex emittere: nec ordinibus assumptis, aut voto emissio, posse illum ab innocente reuocari. Quia iam res non est integra: nec conque-ri potest innocens, qui sepe monitus non acquieuit. Et in hoc casu admitto sententiam Soti. 4. d. 36. q. vnic. artic. 5. ad. 3. vbi ait posse adulterum sententia diuortij lata emittere, siue solene, siue simplex castitatis votum: nec eo emissio posse ab innocenti reuocari ad pristinum matrimonij usum. Quod idem tradit Ludouicus Lopez. 2. p. instr. de de mat. c. 54. vbi de diuortio quoad habitationem. §. penultim. notab. 2. & 1. p. c. 295 §. preterea quia non tam facilis.

Tandem obseruandum est, Ludouicū Lopez duplici loco. n. p. cedenti, in fine, allegato, asserere adulterū, qui lata diuortij sententia, votū simplex castitatis iura-

uerit, aut probauerit se emisse, reuocandi minimè esse: atq; ita clarè sentit eius iuramento, aut probationi standū esse. Nec loquitur de foro conscientie, in quo cōstat nec iuramentū, nec probationē desiderari: sed de foro externo, in quo probatio necessaria est. Et refert pro se Soti. 4. d. 36. q. vnic. ar. 6. ad. 2. sed malè. Quia Sotus copulatiuè loquitur, (& bene) si iurauerit, & probauerit se vouisse. Nam cum iuramentum illud sit in preiudicium coniugis innocentis, vt pote quod ius reuocandi impedit, & in fauorem libertatis ipsius adulteri iurantis, illi absq; alia probatione standum minimè est. Quia licet confessio valeat contra ipsum confitentem, non tamen valet contra tertium. c. 1. de cōfessis.

Ad argumenta. n. 10. & 11. proposita, cōstat ex dictis. n. 3. & 5. vbi satis soluta sunt.

DISPUTATIO VNDECIMA.

Verūm coniugi innocenti integrū sit adultero inuito, ad religionem ordinesve transire: siue diuortij sententia lata sit, siue non?

SVMMARIVM.

Quorū sunt quæstiones disputanda. n. 1. Integrum est innocenti ad religionē transire, adultero manenti in seculo, etiam absque voto, n. 2. & remissive, quid si vterque sit innocens, & ingrediatur alter absque alterius legitima licentia religionem, ad ordinesve transeat, an iam professus, vel initiatus possit reuocari ab vxore tunc fornicante: vel ipse possit redire: & excipere monasterium, aut index ex officio, quando ipse vir nollet excipere: & an efficiatur tunc valida illa professio. Potest similiter innocens votum castitatis emittere n. 3. An ad id desideretur sententia diuortij? Refertur quædam sententia n. 4. Vt coniugis innocenti a profiteatur, vel ad ordines ascendat, vt non possit reuocari, non satis est adulterium alterius coniugis: sed eo non obstanti, si occultum sit, reuocatur alter coniugis, n. 5. Quid si tunc coniugis spoliatus agat indicio solo peritorio: vel si adulterium sit admissum post spolium: vel si adfuit licentia alterius coniugis, quando sit illegitima, n. 6. An desideretur sententia diuortij, an potius sufficiat adulterium esse notoriū, quod impe-

diatur restitutio innocētis in ingressi religionem, aut iam ad ordines promoti? Refertur ratio sententia n. 7. & 9. Proponitur sententia Autoris, quando possit innocens transire ad religionem, vel ordines, ita vt reuocari nequeat. n. 10. An vt in foro conscientia vnumq; liceat, vel votum castitatis emittere, & sit cogitatio adulterij, quando illud occultum sit? Et an hic coniugis restitutus in foro externo vxorē, possit petere, aut reddere? n. 11. Quid si sequatur præiudicium religioni, aut ordini suscepto? Et an coniugis tunc rogatus a monacho admittatur: vel ab Episcopo cōsecrari licet ad dimissoria ad ordines, vel ad illius promotio, non sit coniugatus, reuocatur vxorē, aut iterum? n. 12. An quando vterq; coniugis est adulter, & vir emittat votum, an possit reconciliari, & illa reuocari in adulterij reuocatur, possit vir ad religionē, ordinesve transire? Et an tunc possit negare se esse coniugatum? n. 13. An valeat professio, si admittens ignoraret coniugium, & admittens non esset eo cognitus? & similiter licet dimissoria ad ordines valeant, quando Episcopus matrimonij cōsecutus eas negaret: & licet coniugis negare matrimonium? n. 14.

An possit vir innocens eodem modo transire ad ordines, quo potest ad religionem? Refertur quædam sententia. n. 15. Potest transire. n. 16. & ibi, quocies licet transire ad religionem: licet ad ordines. Soluuntur argumenta. Et explicatur, c. constitutus, de conuers. coniug. nu. 17.

Disputatione præcedenti actū est de transitu coniugis adulteri ad religionem, vel ordines. In hac de coniuge innocenti agendum est. Duplex est agitata quæstio. Prior de transitu ad religionem. Posterior, de transitu ad ordines. Et quidem in priori quæstione simul tractanda sunt aliqua spectantia pariter ad transitum ac ordines: supposito eum esse licitum (vt dicemus. nu. 16.) ne inutiliter repetantur. Nam eadem prorsus in vtraq; quæstione essent repetenda.

Quæstio prior. An coniugi innocenti licitum sit ad religionem transire inuito adultero? Conueniunt vniuersi, id licitum esse innocenti. Idq; constat ex. c. constitutus, & c. veniens, de conuers. coniug. & ex c. Agatholia. 27. q. 2. Quod est. D. Gregorij lib. 9. Epistola. 44. Et ratio est. Quia adulter omne ius coniugale amittit, quod solum obstatulo erat ingressui religionis innocētis. Nec oportet adulterum simul ingredi: aut voto castitatis se astringere. Vt diximus disput. præcedenti. n. 14. Vtrū autem coniugis in religione professus, aut ad ordines promotus absq; legitima coniugis licentia, si coniugis manens in seculo fornicetur, possit repeti, non obstanti fornicatione tunc admilla, cum prius effect innocētis in seculo: vel firma, & valida reddatur professio ob fornicationem alterius subsequam: & an tunc possit monasteriū ipso inuito obijcere exceptionem fornicationis: aut monasterio non excipiente, possit index ex officio excipere? dixi lib. 7. disp. 36. per totam.

Similiter potest innocens adultero inuito, votū simplex castitatis emittere. Quia adulterum exigiendi destitutus id prohibere nequit. D. Thom. 4. d. 35. q. vnic. ar. 3. ad. 3. quem omnes sequuntur.

Sed dubitatur, num ad id desideretur sententia diuortij? Et quidem Doctores afferentes ante sententiam diuortij non licere innocētī, debitum negare adultero perenti (quos referam disp. sequenti. n. 2.) subinde dicent, nec licere in foro conscie-

tia innocenti, ante sententiam diuortij, ad religionem, ordinesve transire, aut voto simplici omnimodè castitatis se astringere. Quia ante illam, oblat ius debitum exigendi, quod adulter retinet. Vtrū ea sententia tanquam falsa ibi rejiciatur.

Et vt distinctè procedamus, distinguendo ea, quæ in foro externo, & quæ in interno conscientie obseruanda sunt. Certum est, vt coniugis ita profiteatur, ad ordinesve ascendat, vt reuocari nequeat ab adultero, non sufficere adulterium occultum adulteri dimissi, sed non obstanti eiusmodi adulterij exceptione, restituumendum esse in foro externo sic professum, ad facris initiatum, adultero se spoliatum alleganti, petentiq; restitutionem. Quoniam exceptio adulterij occulti minimè impedit restitutionem. Vt latè disputatione sequenti differemus. Atq; ita fatentur omnes Doctores. n. 7. 8. & 9. pro varijs sententijs allegandi: tantum enim disident circa qualitatem notorij: & num sufficiat illud esse notorium, an potius desideretur sententia diuortij.

Intellige tamen, hanc restitutionem faciendam esse adultero spoliato petenti, quando adulter ille volens reuocare, ageret iudicio possessorio, nimirum, petens se restitui ad possessionē, qua spoliatus est. Tunc enim prius restituatur, quam agatur de exceptione adulterij occultis: autem, si ageret iudicio petitorio, nimirum, petens vt vir secum habitet. Tunc enim repellitur exceptio adulterij, etiam non notorij, & prius de exceptione lis agitur. Sic Goffredus summa, tit. de conuers. coniug. n. 7. Host. summa, eodem tit. n. 9. Ioannes Andr. c. ex literis. n. 11. de diuortijs. Et ibi Anchar. n. 12. Alexander de Neuo. n. 20. Henricus. c. vxoratus. n. 6. & 7. de conuers. coniug. Brunellus de Sponfalibus, concl. 30. declaratione. 8. n. 12. vers. quartus casus. Secundo intellige, nisi adulterium sit post spoliationem cōmissum. Exceptio enim talis adulterij impedit restitutionem: secus si ante commissum sit. Ita Goffredus, Host. Henricus, Brunellus ibidem. Astenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 11. au. 2. q. 8. Grassus. 1. p. de cōsuetum. lib. 2. c. 84. n. 13. & 2. p. lib. 1. cap. 12. n. 66. Sed huiusmodi distinctio prorsus dupliciter atq; eam reprobanda disputatione sequenti, in. n. 20. Terrio intellige, nisi de licentia vxoris, quauis minus legitima, innocens transiret ad religionem, ordinesve, tunc

enim non esset restituendus vxori adultere potenti, licet adulterium sit occultum, sed exceptio illius debet audiri, & eo probato absolvendus est. Quia tunc non est spoliatio: cum vxor consensum præstiterit. Sic Nau. lib. 3. conf. in priori editione, tit. de conuers. coniug. conf. 5. sine: in posteriori, eodem, tit. conf. 14. fin.

7 Tota autem difficultas est, num desideretur sententia diuortij, an potius sufficiat adulterium esse notorium, quod impediatur restitutio coniugis innocentis iam professi, ad ordinemve promoti? Triplicem inuenio sententiam. Prima ait, desiderari sententiam diuortij præcedere: atque ita intelligi. e. Agathosa. 27. q. 2. concedens innocenti trāsitu ad religionem, & denegans; adultero ius reuocandi. Ducitur, quoniam adulterium notorium non impedit restitutionem, nec concedit ius propria auctoritate, minime expectato Ecclesiæ iudicio, diuertendi. Cuius fundamenta, & auctores referam disput. sequent. n. 11. Atque ita docent Goffedus, Host. Ioan. Andre. Anchar. Henricus, Astenus, Brunellus. n. præcedenti relati. Grassus. 2. p. de cōsuetudine, lib. 1. c. 12. n. 66. Atque idem videntur sentire Durand. 2. d. 32. q. 2. ar. 1. nu. 5. Abal. c. 19. Murr. q. 75. Veracruz. 3. p. Speculi, art. 6. probatione. 3. secunda conclusionis, vbi aiunt posse innocentem ingredi religionem, post hanc diuortij sententiam. Et intelligit bene Alexan. de Neuo. c. ex literis n. 20. de diuort. quando sententia illa trāsijt in rem iudicatam. Et ego addo, vel nisi triplex diuortij sententia præcesserit. Secus quando sententia illa per appellacionem suspensa esset: Non enim posset spoliari adulter.

8 Secunda sententia dicit, sufficere adulterium esse notorium, ne reuocetur innocens a religione, vel ab ordine sacro suscepto, ad vsum conjugalem. Ducitur, quoniam id satis est ad licitè diuertendum a coniugis habitatione, impediendamque restitutionem. Cuius fundamenta, & Doctores referam, disp. sequenti. nu. 12. Atque ita docent Glossa c. Agathosa, verb. fornicationis. 27. q. 2. Ioan. de Eriburg. sum. conf. lib. 1. tit. 8. q. 49. Alexan. de Neuo. c. ex literis n. 20. de diuort. Nauar. lib. 3. conf. tit. de conuers. coniug. in. 1. edition. conf. 5. fin. in. 2. conf. 14. fin. Nata conf. 116. nu. vltimo. Gaeta repet. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 16. Antonius Gabriel tom. 1. communium opin. in mea editione, lib. 1. verb. a-

dulterium, fol. 22. col. 2. Corduba summa. q. 138. Bartholomæus à Ledes. de materim. dubio. 64. post. 3. conclus. §. sciendū est secundò.

Tertia sententia docet, non sufficere qualecumque notorium, sed oportere, ita notorium esse adulterium, vt publicè conuix habitet cum adultero. Hoc enim solū sufficit vt conuix propria auctoritate diuortium celebrare possit, absque restitutionis periculo. Vt bonis ducti fundamentis asserunt multi, quos referam disputatione sequenti. n. 13. Et ideo ita docent Alberticus in suo repertorio, litera. M. verb. matrimonium. 8. vers. quid sit aliquis coniugum. Monaldus summa, vbi de matr. tit. de diuortio. §. propter quod fiat diuortij, vers. item si vterque. Ioannes de Eriburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 2. q. Gaeta repetitione, c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. numer. 223.

Hæc tamen diuersitas oritur ex varietate opinionum, circa questionem disputatione sequenti agendam, quando integrum sit coniugi innocenti propria auctoritate diuortium celebrare quoad habitationem: ita vt nec in foro externo sit restituendus? Nam (vt vidimus) vniuersim loquuntur Doctores in vtraque questione. Et ideo dicendum est, cum Sylu. verb. diuortium. q. 13. d. 2. n. 16. tunc licere innocenti ad religionem trāsire adultero inuito, ita vt non possit respectu ab adultero, nec ei sit restituendus, quando vel precesserit sententia diuortij, vel ea non expectata, adulterium ita notorium est, vt possit inuocens propria auctoritate deserere consortium, & habitationem adulteri, absque metu restitutionis. Quando autem hoc contingat, latè disputatione sequenti agendum est. Vbi numero. 14. & sequenti explicabo meam sententiam. Idemque dicitur est, de facultate concessa innocentij, assumendi ordines sacros absque restitutionis faciendæ periculo. Quoniam eadem est ratio.

Quamuis autem vt impediatur restitutio in foro externo coniugis innocentis professi, aut ad ordinem sacrum promoti, desideretur vel sententia diuortij, vel adulterius coniugis manentis in seculo, ita notorium esse, vt possit propria auctoritate dimitti, at vt in foro conscientie is trāsitus liceat ad professionem, ordinemve, aut ad votum simplex omnimode castitatis, & valida omnimò sint professio, & votum,

fatis

fatis est occultū coniugis derelicti adulterij. Quia id satis est, vt in foro conscientie, secluso scædalo liceat propria auctoritate diuortium celebrare (vt disp. sequenti. n. 31. dicemus): Atque ita cessat ius conjugale, & subinde iniuria coniugis derelicti, quæ obstant mutationi status coniugij. Sic docent Nau. lib. 3. conf. tit. de conuers. coniug. in priori editione, conf. 5. fin. in posteriori, conf. 14. fin. Nata conf. 116. nu. vni. Vnde fit, vt si coniugis innocens iam professus, aut sacro ordine initiatus, aut simplici castitatis voto strictus, iudice cogenti restituatur coniugi derelicto, eò quod adulterij sit occultus, aut illud probare nequeat: nõ possit perere, nec reddere debitum. Quia sententia illa innititur falsæ præsumptioni: & in foro conscientie professio, & votum fuerit omnimò valida. Cui fit certus de adulterio coniugis alterius, ac subinde amissionis totius iuris conjugalis. At si solū esset votum simplex castitatis, & semel reconciliaretur sibi coniugem derelictam, peccaret contra illud votum reconciliando, eò quod obligaret se ad reddendū: at deinceps teneretur reddere, nõ tamè posset petere. Vt simili dixi lib. præcedenti, disp. 6. n. 14.

12 Intellige tamen licere coniugi trāsire ad religionem, vel ad ordinem ab adulterio occultum, si solū attendamus iniuriam, & damnum matrimonij, ac coniugis derelicti. Nã cū sit sufficiens causa diuortij, nulla iniuria irrogatur. At aliunde poterit esse culpa, vt ratione scandali, aut detrimenti religionis, aut ordinis sacri. Quoniam si repetat coniugis derelictus, restituatur coniugi professus, aut sacris initiatus, ex quo detrimentum patietur religio: & grauem iniuriam professio, & ordo. Vnde hæc ratio est: proffus illicite moraliter loquendo, nisi diuortij sententia præcederet. Quoniam eum dubium valde fit, num sufficiat adulterium esse notorium, quod impediatur hæc restitutio, gratis esset iniuria ordinis sacri, & religionis, lite vexari, eò vel maxime quod dubius valde sit sententia euentus: & an coniugis restituatur. Quod non in minimam religionis, & ordinis iacturam cederet. Quare existimo hunc coniugem qui diuortij sententiam non obtinuit, rogatum à monachis, num sit coniugatus, vel ab Episcopo promoturo ad ordines, aut literas dimissorias ad id concessuro, teneri fateri veritatē, nec posse negare se esse coniugatum. Vt in simili dicit Nauar. & Manuel, prout, numer. sequenti

referam. Nam iustam causam habent interrogandi, & non admittendi ad religionem, vel ordinem, talem coniugatum ante diuortij sententiam. Dixi autem esse proffus illicite moraliter loquendo, quia si casu contingeret in partibus remotissimis, vbi id periculum non esset: credo esse licitum, nec illum teneri fateri se esse coniugatum: cum moderatione, quam n. 14. adhibebo, in fine.

Hinc inferitur, à fortiori verum esse, quod docent Nau. lib. 4. conf. in vtraque editione tit. de diuort. conf. 3. fin. & nu. 3. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 5. fin. & Manuel. 1. tom. sum. 2. editione. c. 240. nu. 3. ad finem, nimirum, non licere coniugato adultero, qui iam emendatus petijt ab vxore similiter adultera, reconciliationem, quam illa denegauit, & mox in adulterij relapsa est, ad religionem trāsire: nondum obtenta diuortij sententia. Quia et si nulli asserant id esse sufficientem diuortij causam (vt dixi eandem opinionem amplectens, disp. 7. numer. 4.) At id non est certum, sed aliqui tenent contrarium. (Vt ibi dixi, numer. 2. & 3.) Præterea, quia est dispar ratio, nam diuortium nulli tertio præiudicat: ingressus autem religionis grauius præiudicare potest monasterio. (Vt numero præcedenti probaui.) Et quamuis timide hoc dicat Nauar. ait enim hoc esse tutius: & Enriquez, tantum enim dicit, nõ debere trāsire ad religionem, vel ordinem, donec sequatur diuortij sententia. At existimo esse verissimū: propter rationes dictas. Ex quauis Nauar. & Enriquez concedant eum trāsire licere, sequuta diuortij sententia. Nullo modo id admirerem in hoc casu, nisi vxor sic relicta excepisset in sententia diuortij, allegans simile viri adulterium, & adhuc eò probato damnaretur: vel ita occultum esset viri adulterium, vt in iudicio deduci minime possit. Quoniam aliàs potest damnum sequi religioni, vel ordini assumpto, si vxor allegaret illud adulterium viri præcedens, ac proffus restituatur. Quod non in minimam religionis, & sequentibus, tanquam falsæ præsumptioni innocentie viri innitentem. Ex his inferitur, non posse virum in hoc casu negare se esse coniugatum, intelligendo se nõ habere vxorem, quæ possit suo ingressu præiudicare: quasi hæc paria sint. Nõ enim verū est eā nõ posse in foro externo reclamare: vt probaui. Atque ita

Yyyy docent

docent Nau. & Manuel proximè citati. Tandem in hac priori questione videndum est, nū si innocens taceat se coniugatum esse, & sic admittatur ad professionem religionis, valeat professio? Quoniam Nau. lib. 3. cons. tit. de conuers. coniugati. in priori editione, cons. 6. n. 1. in posteriori, cōf. 11. n. 1. quem sequitur Man. 1. tom. sum. 2. edition. c. 240. n. 3. sic distinguit. Si admittens ad professionem, ea mente fuisset, vt admitteret virū fatentem se coniugatum. cū muliere, quā iuste dimiserat ob adulterium, valet professio. Secus si contraria mēte fuisset. In dubio autem præsūmitur eū cognita veritate admitturū, nisi in ea religione esset contrarium statutū. Quia quoad profitemdum, paria sunt, quæpiā non esse coniugatum, & talem, qui possit ingredi religionem, ac si coniugatus non esset. De æquipollentibus enim id est iudicium. I. si nali. ff. mandati. c. licet ex quadam. de testibus. Sed displicet omnino hæc distinctio. Et idē censeo professionem in eo euentu esse validam, nisi esset aliquod statutū in ea religione, non solum prohibens, sed irritans professionem: quæuis ea mente affectus esset admittens ad professionem, vt veritate cognita nō esset admittendus: nisi in ipsa admissione, actū hunc voluntatis eliceret, nolo admittere hūc, si est coniugatus. Quod moraliter nunquā accidit. Et hoc intelligo, quāuis ille innocens diuertit ob adulterium occultū alterius coniugis. Quia vel professionē hanc irritat ius cōiugis adulteri dimissi: vel statutū religionis, quando solum prohibet admissionem, non irritans professionem: vel voluntas illa habitualis non admittendi, si coniugium sciretur. Non ius coniugis dimissi. Quoniam eō ipso quod in adulterium labitur, omni iure cōiugali destituitur in foro conscientie, & liber est innocens ad mutandum statū (vt. n. 11. probauit.) Nec statutū religionis. Quia illud suppono non irritare. Et multa fieri prohibentur, quæ tamen cōtra facta tenent: vt manifestè constat in voto simplicis castitatis, quod matrimonium interdicit, non tamen irritat. c. vnic. de voto. in. 6. Nec tandem irritat illa voluntas habitualis, seu mēs, si scire esse coniugatum, non admittentem. Quoniam ea mens arguit fore vt nollet, si scire, non tamē arguit actū me noluisse: & idē nec votum simplex irritat: (vt probauit disp. 9. nu. 15.) nedum solemne professiois. Et confirmatur, quia matrimonium non irritat ea voluntas habitualis, ni

si sit error circa personam, aut conditionem, & substantialia cōtractus. Vt si quis ducat Mariam credens eam ditissimam, aliam minime ducturus, matrimonium valet. Et tamē paria sunt matrimonio, & professio quoad hoc, vt solum irritetur, quādo est error circa substantialia. Insuper aperte confirmatur. Nullus enim diceret professionem esse inualidam, si profitem se ditissimū, aut virtuosissimū sin geret, cū pauperrimus, & vitiosissimus esset, quæ veritate cognita nullatenus admitteretur ad professionem. Hinc infero, hunc coniugatum si sententiā diuortii obtinuit, vel in casu rarissimo, quē. nu. 1. 2. in fine explicui, quādo moraliter in partibus remotissimis nullus esset timor dāni religionis, si nullū sit statutū contrariū in illa religione, posse rogatum negare se coniugatum. Quia respondet ad mentem interrogantium, quia vera non est talis coniugatus, qualis non possit admitti, sed quoad hoc perinde est, ac si coniugatus minime esset. Et quamuis monachi nō admittent, si scirent eum coniugatum, id præsumendum est euenire, quando non est statutum in illa religione eam admissionem prohibens, vt consulatur dāno, quod probabiliter potest timeri fore, vt religioni contingat. Quod supponimus in hoc casu cessare: quod si aliud intenderet, nō esset rationi cōsona ea voluntas: ac proinde factis est respondere ad mentē debitam, & rationi conformem. Sicut transiētes per locum pestem in se cōm possunt iurare se minime transiisse, quando ita transierūt, vt in se pestem nō potuerint. Respondēt enim ad debitam interrogantiū mentem. Vt docēt Syl. iuramentum. 3. q. 2. Nauar. sum. cap. 12. n. 19. Atq; similiter posset respondere Episcopo ad ordines promoturo, vel literas dimissorias concessuro, se non esse coniugatum, in casu dicto, quāuis sciret fore vt Episcopus ordines, aut literas dimissorias minime concederet. Constat ex ratione dicta.

Questio secunda. An vir innocens possit ad ordines sacros transire, inuita adultera vxore, in ijs casibus, in quibus diximus esse ei integrum profiteri? Quidam negant. Et reddunt rationem differentie Innocentius, quia vxor cuiuslibet viri in sacris cōstitutū, tenetur post viri mortē, ab alijs nuptijs abstinere. c. quia sunt. 2. 8. d. & c. seria. d. 3. 8. ad sp. nequit cogi. Secundo id videtur probari, ex c. cōstitutus, de cōuers. cōiug. vbi

habe-

habetur eo conscientia remordisse virū uxoris adulteræ: ubiq; eius licentia iniuriat. Tertio, quia extranea antiquæ. Ioan. 2. de voto, habetur nūlli licere ad sacros ordines promoueri, nisi vt sacris canonibus permittitur post initum matrimonium. At in hoc cōtinetur, nullus est canō id permittens. Quare, quia nō potest vir ad ordines promotu, nisi vxore in seculo relicta promittenti continentia. c. cōiugatus, de cōuers. coniug. Quinto, quia cum vir sic initiatus maneat in seculo, facile potest vxori cōm misceri, ac pleraq; sacrilegia admittere. Et idē hanc sententiā tenent, Innoc. c. veniens, in fine, de cōuers. cōiug. & ibi Host. n. 8. & 9. Ioan. Andr. n. 4. & c. cōstitutus, eodē tit. n. 3. Anton. d. c. veniens, n. 4. Et hoc dicit esse tutus Cardin. ibi, in fin. Astenfis sum. 2. p. lib. 8. tit. 11. art. 2. q. 9. initio. Ioannes de Friburgo sum. confessor. lib. 1. tit. 8. q. 49. Brunellus de sponsal. cōclus. 30. declaratione. 7. nu. 11. Gutier. q. canon. lib. 1. c. 25. d. n. 13. Graff. 2. p. decihūm. lib. 1. c. 12. n. 64.

Ceterum tenendum est id licere. Quia ius coniugale, quē obstat ingressui religionis, ac susceptioni ordinum. Cum ergo adultera omni iure coniugali destituar, æquē licebit viro ipsa inuita transire ad ordines, ac ad religionem. Arguetur de hac sententiā tenentur, ex Iurisperitis, Gloss. c. cōstitutus, verbi ad gradū de cōuers. cōiug. & ibi Innoc. n. vnic. super verb. gradū: Anton. n. 4. Abbin. 5. Card. c. veniens, in fine, eod. tit. Goffred. sum. tit. de cōuers. cōiug. nu. 8. Franciscus Aretinus consil. 59. n. 8. probatione. 3. in fin. Syl. verb. diuortii. q. 17. dict. 1. n. 20. vbi Arm. nu. 11. Nau. lib. 1. consil. in 1. editio. tit. de cōuers. coniug. consil. 5. in. & lib. 4. tit. de sponsal. consil. 2. n. 6. in. 2. verō, lib. 3. tit. de cōuers. coniug. consil. 10. n. 1. & consil. 12. n. 3. & consil. 4. n. 4. Barbosa. ff. solut. mat. rubrica. 2. p. n. 25. Antonius Gomez bulla cruciata, clausul. 10. n. 69. Idq; tanquā verum fuppōnere videntur Archid. c. si cuius. n. vnic. ver. in ea sibi iniuriam faciat. 3. 4. d. & ibi Dominicus, in fine: Cardin. Alex. drin. libi. Greg. Lopez. 1. 8. verb. esse mis. mo. tit. 2. p. 4. Hugo de Celso in repertorio legū huius regni, verb. cletigos. §. 10. vbi dicit virū innocētē ad ordinem sacrum promotū, relicta vxore adulteræ, non esse ei restitendū, licet post ordinē assumptū fornicetur. Et eandē sententiā docent et Theologis, Palud. 4. d. 27. q. 3. art. 2. n.

10. & d. 35. q. 2. art. 2. n. 14. Supplementam Gabriel. 4. d. 3. q. vnic. art. 2. concl. 6. & post. 9. concl. 1. ver. sed quid si innocens. Abulens. d. 19. Matt. q. 75. ad fin. corporis. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 2. 1. 5. ad finem. Vitoria summa de matrim. nu. 233. Sotus. 4. d. 27. q. 1. art. 4. in fine: & d. 36. q. vnic. ar. 5. ad 3. ledesma. 3. p. 4. q. 63. art. 1. ad finem Corduba summa quest. 138. Quendus. 4. d. 39. q. vnic. propositio. 16. Celai. 4. d. 35. q. 1. in fine secundi argumenti. Palacios. 4. d. 27. disp. 3. colum. 12. fol. 598. pagina. 1. & melius pagina. 2. immediate ante vers. aduertendum est, & eadem. disp. eod. 29. in solutione. ad 1. 4. argumentum. fol. 606. & d. 33. disp. vnic. eolum. 6. in mēdiarē ante, vers. domini gigitur verb. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 8. n. 10. initio: & c. 17. ad finem, & lib. 12. c. 5. nu. 10. Petrus de Ledes. de matrim. q. 3. ar. 4. paulo post principium. Bartholomæus Ledes. de sacramento ordinis, dubio. 14. fin. Philiar. de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 2. c. 17. fin. Emmanuel Summa, verb. diuort. n. 2. ver. post diuortium. Ludouic. Lopez. 2. p. in struct. de matrim. c. 52. vbi de diuortio in genere, ver. notandum autem. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione. c. 230. numer. 2. sine. Vega. 1. tomo summa, cap. 89. casu. 3. Vnde ea regula generalis est tradenda. Quoties licet viro ad religionem transire, vxore adultera in seculo manenti, ac renitente, licet similiter sacris ordinibus initiari nisi aliunde obstatolum ad finem, vt quia vir esset bigamus, aut alias irregularis. Hanc regulam tradunt Goffredus summa tit. de cōuers. coniug. numer. 8. Palud. 4. dist. 27. quest. 3. art. 2. nu. 10. D. Anton. 3. partit. 1. cap. 21. 3. ad finem. Syl. verb. diuortium. q. 17. dicto. n. 20. vbi Armilla, num. 11. Victoria summa, de matrim. nu. 233. Sotus. 4. d. 27. q. 1. art. 2. sine. Nauar. lib. 3. consil. in. 2. edition. tit. de cōuers. coniug. consil. 10. nu. 11. Quand. 4. d. 39. q. vnic. propositio. 16. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 8. numer. 10. initio: & lib. 12. c. 5. nu. 10.

Ad argumenta. n. 15. proposita respondeatur. Ad primū dicit Abb. c. cōstitutus nu. 5. de cōuers. coniug. tunc vxorem renerij ab alijs nuptijs abstinere, post viri ad sacros promotū obitum, quando eius obtenta licentia iniuriat est. Tunc enim censetur ipsa voto castitatis se abstringere: secus quando ipsa adulterante. Ad secundum desumptū ex c. cōstitutus, respō

Yyy 2

dctur

detur dupliciter primò fuisse vanū scrupulum, & ineptum. Poterat enim aliquid scrupulo ad ordines promoueri, ab vxoribus adulterium. Sic respondet Ioan. Andr. ibi. n. 1. Anton. nu. 3. Cardinalis sine. Secundo respondet Ioan. Andr. & Anton. ibidem, & Ancl. ibi. n. 2. remouisse conscientiam, eò quòd vir fuerat occultè adulteratus: ac proinde compensabantur adulteria. Sed hanc posteriorē solutionem merito rejicit Cardin. ibi. sine. eò quòd non constat id ex textu; ita fundamento careat, dicere virū fuisse occultè adulteratum. Ad tertium dic, quauis non sit textus id disponens circa sacros ordines, satis esse id dispositū extare. circa transitū ad religionē, vt constat ex dictis. n. 2. verumq; enim æ-

qualiter impeditur propter ius conjugale & vbi trāsitus ad religionem permittitur, censetur concessus, transitus ad ordines. Vt. n. precedenti, in sine ostendimus. Ad quantum dic est textum loqui, quando matrimonium est integrū, & illūsum, noluit enim ius canonicum concedere trāsitum ad ordines, vel religionem coniugi, ex sola alterius licentia. Secus autem est, quando cōiux diuertit ob adulterium alterius. Tunc enim cū liber sit ab omni coniugatione, potest libere ad ordines, aut religionem transire, perinde ac si coniugatus minimè esset. Ad vltimum fateor id periculum subesse, at cū possit Dei gratia tentationibus resisti, licitus est transitus ad ordines.

DISPUTATIO DVODECIMA.

Vtrum coniux innocens possit propria autoritate ab adultero diuertere, ita vt nec in foro externo sit ei restituendus: amittatque eò ipso adulter ius exigendi debitum: & qualis adulterij certitudo ad hoc desideretur?

SUMMARYM.

Q Væ questiones disputantur. n. 1. An coniux innocens possit autoritate propria debitum negare adultero? Resertur triplex sententia. n. 2. 3. 4. Potest, quauis adulterium sit occultum, numer. 5. Quid, si iudex precipiat sub excommunicatione late, innocenti vt debitum reddat, an teneatur innocens ob id iuramentum. 6. An lite diuortij pendenti teneatur innocens reddere iuramentum. 7. An coniux adulter sit priuatus iure exigendi debitum, an potius sit priuatus: ac que adeo possit adire iudicem, vt compellat innocentem reddere? Et an si innocens diuortium petens, ac dotem adultera sibi applicari, defectu probationum, aut quia falsis testibus, falsè negans adultera se tueretur, succumbat: teneatur adultera dotem restituere, ac diuortio consentire, & coram iudice fateri adulterium? Remissioe monero. 8. Ibi etiam remissioe, accusatio adulteri ad diuortium, est mixta, & criminali accedat. 9. An diuortium arguatur, an. 9. An innocens alia sumaria, multatus

T Riplicem petit disputatio præpens questionem agendam. Prima est, an coniux innocens possit propria autoritate debitū negare adultero. Secunda an possit ei nō cohabitare, ac proinde diuortium propria autoritate celebrare. Tertia, qualis notitia ad hoc desideretur?

Questio prima. Vtrum coniux innocens possit propria autoritate, minimè iudicio Ecclesie expectato, debitum conjugale negare adultero? Quatuor inuenio sententias. Prima ait, desiderari Ecclesie sententiam, vt possit coniux innocens debitū negare adultero. Ducitur primò. Quia negare debitum est pena adulterij. Vt docet Gloss. e. porro, verb. separari, de diuort. & probauit lib. 1. disp. 68. num. 4. in prima ratione: ergo non inferenda est nisi per iudicem. Alias idem cōiux innocens, esset actor, & iudex, sibiq; ius diceret in causa propria, cōtra. l. nullus. 13. c. de iudicis. & l. vnicam. C. ne quis in sua causa iudicet, & l. 19. tit. 16. par. 3. Et confirmatur, quia est pena conuentionalis (vt dixi hoc lib. disp. 3. n. 4.) ea enim lege initum est matrimonium, vt seruanti fidem fides seruanda

fit,

fit, secus vbi alter cōiux eam violauit. Penam autem conuentionalem non debetur ante iudicis sententiam (vt cum veriori opinione defendimus lib. 1. disp. 37. n. 4.) Secundo id, quia coniux adulter non eò ipso priuatur iure exigendi debitum, sed priuatus est (vt defendimus lib. 1. disp. 68. nu. 4.) Ergo desideratur iudicis priuantis sententia. Non enim æquum est, vt ipse cōiux iniuria adulterij affectus, sit iudex priuans. Tertio, quia lex vniuersalis non applicatur ad casum particularem, nisi media iudicis sententia, cuius est merita causæ discutere, & aculationem aditionis, exceptionesque rei suspendere. Cum ergo lex de diuortio à Christo Matth. 19. lata ob adulterium, sit generalis, omneque adulterium, ac vniuersos coniuges amplectatur, desiderabitur iudicis sententia, vt huic specialis ad partem uentur. Hugo relatus à Glossa. c. finali, verb. fornicationis, adulter. Glossa dicens esse valde probabilem cap. 1. verb. paritatem. 32. q. 1. Innoc. cap. penultimo, sine, de adult. & ibi Anchar. n. 4. Taver. c. 2. Agathosa, sine, super, verb. vxorem. 27. q. 2. Supplementum Gabrielis. 2. d. 15. q. vnicam, art. 2. concl. 6. & in solutione ad 2. contra illam, & post solutionem ad 4. p. 7. n. 1. 10. 11. 12. 13. 14. Secunda sententia perit adulterium esse notorium, vt possit innocens propria autoritate debitū adultero negare: Quoniam ad negandum cohabitationem id desiderari sententiar omnem (vt num. 10. & sequentibus videbimus.) Et non est maior ratio de cohabitatione, imò minor. Cum ex obligatione soluendi debiti conjugalis oritur cohabitandi obligatio. Sic tenent Gloss. e. fin. verb. fornicationis, paulo post priuatum, & paulò ante. fin. de adulterio. Et ibi Ioan. Andr. n. 1. Henric. nu. 4. Goffredus summa, tit. de diuortij, n. 5. Hostie n. 10. inquisitioni, paulò post principium de iur. ex com. Archid. c. in coniugio. 32. q. 2. tit. num. 3. & capit. si cuius. 34. d. num. vnicam, vers. in ea Glossa, ibi, iniuriam facit. Reappositus. 6. ex parte nu. 4. de sponsal. Monaldus summa, tit. de matrimonij, 8. de effectu matrimonij, ad finem; & vbi de diuortio. §. propter quid diuortium fit, in fin. l. ex regia. 8. tit. 2. p. 4. Imò Hof. Præpos. & Monaldus priori loco allegato, petunt adulterij ita notorium esse, vt nulli inspectioni locus esse possit. Vt putat, si adulterij publicè cohabitent.

Tertia sententia fatetur adulterium eò ipso desitutum esse iure debiti exigendi, ac proinde exigendo peccare: at tamen adultero exigenti teneri innocentem reddere. Ducitur: quia duplex ius habet coniux in alterum cōiugem, alterū, vt exigit, & hoc amittitur ob adulterium, alterum, vt sibi exigenti reddatur, quauis exigendo peccet. Sed id non deperditur adulterio admisso, sicut prælati delinquit, nec ius habet imperandi aliquid dubiū, sit culpa, nec ne: subditus tamè id imperanti audire tenetur. Et similiter cōiux voto callitatis astrictus, iure debiti petendi caret, & petendo reus est fornicatij, at alter coniux petenti reddere tenetur. Sic Ioannes de Friburgo sum. confessorum, lib. 4. tit. 2. q. 30.

Quarta sententia (quam verissimè esse credo) ait coniugem innocentem certum de alterius adulterio, & eò ipso eximi à debiti reddendi obligatione, nec ad id desiderari adulterium esse publicum, aut Ecclesie sententiam. Ducor, quoniam iure nature in ipso contractu matrimonij ea conditio imbibita est, vt seruanti fidem fides seruetur, secus eam violantia (vt disp. 3. n. 4. diximus,) nec id ex contentione partium, instar meræ pena conuentionalis, confurgit: sed est quasi conditio in contractu ipso inclusa: itaq; quauis aliquis penæ rationem subeat, respectu adulteri, qui quasi in penam sibi fructu, iure exigendi priuatur, at potius est conditio, quæ pena. Sicut communiter tradunt Doctores penam à testatore adiectam legato, sub conditione castè viuendi, potius conditio nis naturæ, quæ penæ sequi. At conditio ne non seruata in pacto imbibita, alter patiscens est eò ipso liber ab obligatione fidei in pacto præstitæ, nec ad hanc exemptionem aliquid amplius desideratur, quæ certa notitia fidei sibi fructu. Ergo coniux innocens certò sciens sibi violatam esse cōiugalem fidem admisso adulterio, liber est à debiti reddendi obligatione. Secundo, quia cum res hæc, que est debitū negare, intra priuatos parietes, & occultè sit agenda, & non publicitatem postulet, instar expulsiōis à propria habitatione, non est cur notorium delictum, iudicisve sententiam desideret. Tertio quia aliàs cogere tur innocens iniuriam sibi ab adultero illatam condonare. Nā reddens debitum condonat (vt disp. 14. probabimus.) Et vir innocens cogere tur damnū bigamie pati, quam cognoscens adulteram incurrit.